



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

De lapsis & eorum reparacione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO

52

c Phil. 2.

d i. Pet. 1.

e Rom. 8.

f inf. can.

23. & 29.

g Hie. 10.

i. in epist.

ad Deme-

tr. que in-

cipit. In-

ter oēs,

forsan ex

Tertul. 1.

de poen.

c. secunda

pcst nau-

fragiū de

pe. dist. 1.

h Ioa. 20.

Mat. 6. c.

vt consti-

tueretur,

sc. dist. c.

vt euidē-

ter. 1. q. 1.

cū sim.

infr. Sess.

14. de px.

c. 2. 3. & 4.

cadat; & cum c timore ac tremore salutē suā operētur in laboribus, in vigilijs, in eleemosy-
nis, in orationibus, & oblationib. in ieunijs,
& castitate: formidare enim debet, scientes d
quod in spem glorie, & nōdum in gloriam re-
nati sunt, de pugna, quæ superest cum carne, cū
mundo, cum Diabolo, in qua viōtores esse non
possunt, nisi cum Dei gratia. Apostolo obtēpe-
rent, dicenti: e Debitorē sumus non carni, vt
secundum carnem vivamus, si enim secundum
carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu
facta carnis mortificaueritis, viuetis.

De lapsis, & corum reparacione.

CAPUT XIV.

Qui verò ab accepta iustificatiōis gratia
per peccatum exciderūt, rursus iustifica-
ri potuerunt, cū, excitante Deo per pénitentia
Sacramentum, merito Christi amissam gratiā
recuperare procurauerint. hic n. iustificationis
modus est lapsis reparatio: quam secundā post
naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti
Paires aptè nunuparunt. Etenim pro ijs,
qui post Baptismū in peccata labuntur, Chri-
stus Iesus Sacramentum instituit Pénitentie,
cum dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorū
remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorū
retinueritis, retenta sunt. Vnde docēdum est,
Christianī hominis pénitētiā post baptismū mul-
tò aliā esse à baptismali; eaque contineri non
modò

modò cessationem à peccatis, & eorū detestationem, & aut cor cōtritum, & humiliatū, verum etiam eorundem sacramentalem Confessionem saltem in voto, & suo tēpore faciēdam & sacerdotalem Absolutionem; itemque sa. iſf. iectionē per iejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, que vel Sacramēto, vel Sacramenti voto vñā cum culpa remittitur, ſed pro pœna tēporali; que, vt ſacra littera docēt, nō tota ſemper, vt in b. Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiae Dei quam e. acceperunt ingratii, Spiritum sanctū contriftauerunt, & d. templū e. Dei violare non ſunt veriti. De qua pœnitentia ſcriptam eft: Memor eft o. vnde excideris: age pœnitentiā, & prima opera fac. Et iterum: f. Que ſecūdum Deum tristitia eft, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operat̄. Et rurſus: g. Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentie.

a Isai. 50.
c. ſacrifi-
cium, de
px. diſt. 1.

bita &
Floren.
Conc. in
decretis
Eugenij
c Ep. 4. g.
d 1. Co. 3.
e Ap. 2. c.
quia fan-
titas 50.
diſt. & c.

Quodlibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

CAPVT XV.

ADuersus etiam hominam quorundam calida ingenia, qui hper dulces sermones, et benedictiones seducunt corda innocentium, afferendum est non modo infidelitate; per quam ipsa fides amittitur, sed etiā quocunque alio mortali peccato, quamvis nō amittatur si-

a Isai. 50.
c.sacrifi-
cium, de
px. dist. 1.

b ita &
Floren.
Cont.in
decretis
Eugenij
c Ep.4. g.
d 1. Co.3.
e Ap.2.c.
quia san-
ctitas 50.
dist.&c.
miror. d.
px. dist.1.
f 2. Cor.
17.
g Matt. 3.
& 4.
Luc. 3.
h infr. e.
27.